



92

1870

1870



BL720
.G3
1718
c.1

01249



1080023546



EX LIBRIS

HEMETHERI VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

26

Rafael Cayigas.
to ...
E. Valera

St. ...

1881.

1738 T

HISTORIA
P O E T I C A
AD FACILIOREM
P O E T A R U M

ET
VETERUM AUCTORUM
INTELLIGENTIAM.

A R. Patre, P. GAUTRUCHE Socie-
tatis JESU Gallicè conscripta.

POST OCTAVAM EDITIONEM
Latine reddita ab Uno ejusdem Societatis.

In gratiam Poëtices Candidatorum.



UNIVERSIDAD DE LEÓN
Biblioteca Veteraria y Teológica

Emiliano Valera
PRESBITERO

ANTVERPIÆ, JAV

Apud Viduam HENRICI THIEULLIER,
in platea vulgò de Wolfstrate. 1718.

BIBLIOTECA CENTRAL
U. A. N. L.

BL 720
G 3
1718



Capilla de la Virgen
Biblioteca Universitaria

48-75



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

FACULTAS
R. P. Provincialis Soc. Jesu
Flandrobelgicae.


Cum editis Philippi II. Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti & Isabella Belgii Principum, rursusque Philippi III, ac novissime Caroli II. Regum, confirmatis 2. Dec. 1692, & 19. Jun. 1694, Provincialibus Soc. Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi Typographos & Bibliopolas, qui, ad aliorum quorumcumque exclusionem, soli imprimere ac reprimere & vendere possint libros & opera quaelibet, rite approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porro edenda, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet. Cum etiam sua Casaria Majestas idem valere voluerit in ditionibus S. R. Imperio subjectis.

Ego infra scriptus Societatis Jesu per Flandrobelgicam Praepositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Praeposito Generali Michaeli Angelo Tamburino, concedo Viduo Henrici Thieullier facultatem sic imprimendi, & per se aliosque vendendi infra scriptum opus, ex more nostra

012492

*stra Societatis (quod hisce attestor) recogni-
tum & approbatum; videlicet: Hiltoriam
Poeticam ex Gallico R. P. Gautruche So-
cietatis nostræ, ab uno ejusdem Societatis
Latine redditam. Istam autem facultatem,
una cum Privilegio Casareo, mea dispositio-
ni commissio, tali conditione indulgeo, ut
præd. Vidua Henrici Thieullier, eadem ad
unam solam impressionem vi harum utatur;
sic ut pro iteranda impressione, novo meo vel
successorum meorum consensu opus sit. In
quorum fidem hæc, manu propria subscrip-
tas, consuetoque nostri officii sigillo muni-
tas, dedi, Antverpiæ 18. Martii 1718.*

JOANNES BAPT. ARENDTS.



PRÆFATIO.
DE DEORUM, QUOS
ETHNICI COLUERUNT,

Origine & Idololatriâ.

Sicut Solem in mundo existere dubitare nullo modo potest; quod & radiorum, quos quæque versum evibrat, fulgore, & innumerabilium effectuum, quos in hac rerum universitate producit, irrefragabili testimonio, se ipsum manifestè exhibeat: ita de unius Dei, veri animorum Solis existentia quis ambigat, qui clarissimâ tot argumentorum luce se prodit, ut neminem latere possit, qui se iudicio uti, sensibusque fateatur.

Res create omnes, quotquot vastissimo mundi hujus ambitu continentur, & quem in iis tum ordinem, tum pulchritudinem demiramur, sunt totidem veluti tersissima specula, in quibus bonitatem, sapientiam, potentiam, & reliquas magni illius Opificis excellentias & perfectiones clarissimè liceat intueri. Quod ne longâ inductione palam fieri sit opus, à nobis non discedimus. Partes omnes & organa, ex quibus admirabilis illa humani corporis structura componitur, præter inclinationem, singulis à natura in-

PRÆFATIO.

fitam, quã ad Deum bonorum omnium auctorem & conservatorem confugimus, sunt voces totidem & lingue, quæ cum sine intermissione laudantes ejusdem mirabilia vocali nobis silentio depradicant.

Quidam nihilominus flagitiosi homines ad omnem vitæ licentiam projecti & indomitæ cupiditatibus obsequentes, eò insaniam advennerunt; ut, totã licet naturã reclamante, ad tanti momenti veritatem oculos occluserint, & plenã in luce caligantes, cultum, soli Creatori debitum, ad res creatas traduxerint; nullum penè ampliùs Numen agnoscentes, quàm iis in rebus, quas vel oculis, vel aliis sensibus perciperent.

Hinc factum est, ut primò Solem, Lunam, aliãque sidera in Deorum numerum transfulerint, eò scilicet pulchritudine, splendore ac luce perstricti, quã præstantissima illa corpora ceteris eminere mirabantur. Ex inde invaluit error in dies, & quidquid lucis circa Numinis agnitionem supererat, paulatim extinctum est; ut non modo Jovem aliquem, aliãque id genus Numina; quæ diversis mundi partibus moderarentur, confinxerint; sed ipsis simulacris, ligneis licet & lapideis, sacrificia obtulerint; quod à Prophetis sæpius exprobratum in variis S. Scripturæ locis legimus.

Ninus, ut quidam volunt, primus Assyriorum Monarcha, qui patri Belo statuum venerationemque divinam addiderat, ad quam omnes ejus subditi tamquam ad Numen confugebant, primus hujus auctõr impietatis fuisse memoratur. Ex eo enim tempore singule nationes iis hominibus, quos dignitas eminentior supra ceteros exexerat, quales erant Reges & Imperatores, eundem cultum detulerunt, quan-

quan-

PRÆFATIO.

quantumvis forent sceleribus insames & execrandi. Sic afflicta Regi Saturno divinitas, ejusque statua supremis cultuæ honoribus, quamvis nota esset impiã crudelitas, quam in Patrem suum exercuerat. Eãdem insanã Jupiter Deus creditus est, & Deorum parens appellatus, qui aliã sub ætatem Abrahami Patriarchæ Cretensum Rex fuerat. Ita Pluto & Neptunus Jovis fratres, ita Apollo, Mars, Minerva atque ex liberis ejus alii, Deorum mora, sua templa, aras & sacrificia habuere. Neque hic stetit profana superstitio, sed eò tandem progressa est, ut nihil ex omnibus in mundo ampliùs reperitur, si ve animatum esset, si ve exanimum (ne exclusus quidem ab hac insanã ventis, fluminibus, montibus) cui huc augustum nomen Divinitatis non attribueretur, ut brutas animantes taceam, quarum nec spurcissima excluderentur. Quin & ipsa usque adeo cepas & allia, suis in hortis crescentia adorabant Ægyptii; tantumque Felibus, Aspidibus & Crocodilibus honorem deferrebant, ut ejusmodi vel tantillum nocere crederent grande nefas & morte piandum. In cujus argumentum sit illud, quod Diodorus Siculus suis referre se oculis usurpasset, à Romanis quempiam, quod Folem occidisset, quamvis casu, tantã subito irruentis plebis rabie undique circum obrutumque fuisse, ut nequidquam interpositã Regis Principumque auctoritate, momento temporis in frustra disceptus sit.

Serpentes passim, sed maxime Epidauri, in Græciã Crotitibus, adorabantur; & annuam semper vinum asservabant, qui sæcæ urbis protector esset & defensor. Quid Romanos referam, qui licet & in re militari, & temperanda sanctissimis legibus Repu-

blica

P R Æ F A T I O.

blica sapientiâ prudentiâque supra cæteras nationes eminenti; in hoc tamen uno sic cæci desipere, ut in sum Pansbeon omnia reliquorum populorum Numina, undequaque collecta, congererint: & ut cætera taceam, teste Plinio & Valerio Maximo, ingentem Colubrum, qui Deus Æsculapius putabatur, Epidaurum petiit, in Urbem induci voluerint, qui cum postea tantam Serpentem copiam genuisset, ut eorum peste tota latè Regio cum magna incolarum pernicie afflaretur, eos flammis consumere oportuerit.

Mitto dicere de statuis & simulacris, sive ex ligno & lapide, sive ex vario genere metallorum, quæ totidem erant Numina que pro suo quisque ingenio sibi fabricabat: quemadmodum in Deo Priapo evenit, quem artifex quispiam casu produxit, ex parte ligni, unde scamnum alioqui se formatum animo designaverat, & in eum finem adaptabat, ut Horatius sub initium Satyræ octavæ libro primo commemorat.

Has insanias, ceteraque id genus superstitionum monstra, maxima ex parte Græci commenti sunt, unde poematum suorum argumenta ut plurimum mutuabatur; quæ deinde successu temporum in alias rationes omnes disseminata, totum facillè orbem infecerunt.

Horum omnium succinctam compendiosamque Historiam, ut ordini & perscuitati consulatur, in tres libros dividemus. Et primo quidem de Diis principis & majoribus (ut vocant) qui Ethnicorum istorum fide & existimatione primo loco habebantur, differemus. In secundo, Herouum res geste tractabuntur, quos Semi Deos appellabant. Et in tertio,

de

P R Æ F A T I O.

de religionibus & ceremoniis in eorum honorem institutis, agemus. Et sic in unum corpus, continent rerum ordine & certâ connexionem, omnia illa fabularum fragmenta colligemus, quæ non nisi per partes hinc & inde atque per Dictionaria & opera Poëtarum sparsim inveniuntur, quo expeditus jucundisque earum studium Juventuti faciamus.

Ex hac Historia obvium erit singulis cognoscere, primo, quàm densa errorum caligine omnes terræ nationes obvoluta, per tot secula cæcutierint; quàm horrenda item fuerit illa Dæmonum servitus, quæ implicati extra spem salutis tenebamur, cum veri Dei agnitio totius nostræ felicitatis primum sit atque unicam principium: secundo, quanta Crucis virtus fuerit, quanta Evangelii D. N. JESU CHRISTI potentia, quod Idololatriam extirpaverit, quæ roboratâ consuetudine altissimas in omnium animis ubique locorum egerat radices, & totâ Monarchiarum Principumque omnium potentia sustentabatur. Denique, quanto beneficio nos sibi Servator noster JESUS CHRISTUS devinxerit, quod suâ nos luce collustratos, è tantis tenebris eduxerit, animus veri Dei, nunc adorandi veritatem nobis manifestaverit, ejusdem miserationes amoreque promeruerit, & patet facta omnibus ad cælum viâ, mediâ sufficienti rationesque illuc certò perveniendi, liberalissimè obtulerit.

INDEX



INDEX CAPITUM.

P R Æ F A T I O

DE DEORUM INANIAM
ET IDOLOLATRIÆ ORIGINE.

LIBER PRIMUS.

De Diis Ethnicorum majoribus.

CAP. I. H istoria Saturni.	Pag. 1
H istoria Cybeles.	3
Historia Jovis.	4
Historia Junonis, & liberorum ejus.	6
Historia Apollinis, & Solis.	7
Historia Dianæ.	12
Historia Bacchi.	14
Historia Mercurii.	15
Historia Veneris.	17
Historia Auroræ, & aliorum ejusmodi Deorum Cælestium.	18
Historia Neptuni, & aliorum Deorum Marinorum.	20
De Diis terrestribus.	24

De

Index Capitum.

De Diis Infernalibus.	25
De Diis aliis particularibus.	29

LIBER II.

Historia Semi-Deorum antiquorum.

P R Æ F A T I O.

CAP. I. H istoria Persei.	33
H istoria Herculis.	35
Historia Thesei.	42
Historia Castoris & Pollucis.	46
Historia Orphei.	47
Historia Jasonis, & Argonautarum.	49
Historia Cadmi, & Thebanæ Civitatis.	52
Historia Oedipi.	53
Bellum Thebanum.	55
Historia Antigones, & belli Thebani Prosecutio.	58
Historia Tantali, & Pelopis ejus filii.	59
Historia Atrei & Thyestis.	60
Historia Prognos & Philomelæ ejus Sororis.	61
Historia Regum Troianorum.	62
Historia Paris.	64
Græcorum adversus Troianos conspiratio.	66
Trois obsidio.	69
Trois occupatio & excidium.	73

Gesta

Index Capitulum.

Gesta Agamemnonis, & Orestis ejus filii post Troianam obfidionem.	77
Gesta Ulyffis post bellum Troianum.	78
Historia Æneæ.	82
De fabularum veritate.	87

L I B E R I I I .

De honoribus, quos Ethnici Diis suis exhibebant.	92
--	----

P R Æ F A T I O .

CAP. I. D E statu in Deorum honorem consecratis.	94
De Templis inanum Deorum.	96
De Sacrificiis in honorem Idolorum constitutis.	98
De Sacerdotibus & Sacrificiis Deorum.	101
De festis eorum solemnioribus.	104
De ludis, quibus Græci Deos suos venerabantur.	106
De spectaculis Romanorum.	110

F I N I S .

H I S T O R I A
P O Æ T I C A

Ad faciliorem Poëtarum & veterum auctorum intelligentiam.

L I B E R P R I M U S .

De Diis Majoribus Ethnicorum:
CAPUT PRIMUM.

Historia Saturni.

DEorum antiquissimus, ut Poëtae fabulantur, Cæli fuit: inter alios, quos suscepit liberos, Tempus peperisse dicitur, quem Saturnum vocaverit, qui per summam impietatem Patris virilia falce præcilla in mare projecit, ex quibus subinde undarum fluctibus agitata, accedente etiam spiritâ; Deam Venerem progenitam esse quidam putavere. Saturno natu grandior frater Titanus fuit, ad quem hoc nomine in Regnum successio pertinebat; hoc tamen jus suum fratri ultro concessit, ut cum matris Vestæ, tum etiam Cybeles sororis suæ voluntati genioque obsecundaret; eâ tamen lege, ut Saturnus nullam prolem masculam educaret, & mundi imperium ad suos revolveretur. Consequenter propterea Saturnus quoscumque suscipiebat masculos, ut primum lucem aspexerant, devorare, Cybele tamen, edinis in lucem uno partu Jove & Junone, hanc solum ei ostendit, Jovem autem Curetibus, quos de Corybantâs vocant, clam patre educandum tradidit. Hi